



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 46. S. Germani Antissiodorensis Initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Proculus Massiliensis non paruit, sed, ut Sæculum V. antea adſueverat, ordinabat, ideo Zosi- A. C. 418.
mus Papa ad Patroclum Arelatensem re-
ſcripſit, ut nemo pro Episcopis haberet, ep. II.
quos Proculus ordinaverat; alio Reſcri-
pto, ad Clericos, & populum Maſſilien-
ſem dato, præcipit, ne ipſum Proculum
pro ſuo Episcopo agnoſcant, ſed ad Pa-
troclum accedant, & in Regimine ſuæ
Eccleſiæ ei obediant. Ambæ litteræ da-
tæ ſunt eadem die, tertio Nonas Martii,
Honorio duodecimo, & Theodoſio octa-
vo Conſulibus, id eſt, quinta Martii an-
no 418. at vero omnia iſta Decreta pa-
rum roboris a ſubſequentibus Pontifici-
bus acceperunt, hinc credibile eſt, Zosi-
mi animum favore in Patroclum fuiſſe
præoccupatum.

§. XLVI.

S. Germani Antiſſiodorensis initia.

Illa ferme tempeſtate in Episcopum An-
tiſſiodorenſem ordinatus eſt S. Germa-
nus, maximum in Galliis Lumen. Cir-
ca annum 380. in eadem urbe Antiſſio-
doreni ex Ruſtico, & Germanilla, nobi-
libus Parentibus, natus, ab unguiculis
bonis litteris imbuendus traditur. Gal-
liarum ſcholas emenſus, Romam abiit,
ut jurisprudentiæ operam daret; tum
cauſidicum in Tribunali Præfecti Præto-
rio egit. Exinde paris conditionis mu-
lieri,

Sæculum V. A. C. 418. lieri, cui nomen Eustachia, matrimonio junctus, ad varias Dignitates, atque tandem Ducis provectus est, id est, copius illius Regionis imperabat. Cum esset reformationis studiosus, jucundum ei acciebat, capita ferarum, quas ceperat, pyram in medio urbis assurgenti, suspendenda. S. Amatrius, seu Amator, tunc Episcopus Antissiodorensis sæpe hunc morem castigabat, quod adhuc Gentilium superstitionem redoleret. Tandem captata occasione, cum Germanus abesset, succidi aiborem jussit. Germanus, facto irritatus, mortem Episcopo minitabatur. At S. Amatrio divinitus revelatum, instare obitus sui diem, & Germanum sibi in Episcopatu successurum. Igitur Augustodunum se confert ad Julium, Galliarum Praefectum, licentiamque petiit, ut eum tonsareret. Ita hæc narrat Presbyter Constantius, qui ejus vitam eodem Sæculo scripsit. Ex hoc colligimus, jam tunc Clericos, capillorum tonsura, a Laicis fuisse distinctos.

S. Amatrius, accepta a Julio Praefecto hac licentia, Antissiodorum redit, populum in ædes suas convocat, proximum mortis suæ tempus prædicat, rogatque, ut sibi Successorem deligant. Nemine respondere auso, totum conventum ad Ecclesiam deducit, cumque starent in officio, monuit, ut arma deponerent. Verus Gallo-

Gallorum mos erat, semper armatos in-^{Sæculum V.}
cedere. Tum S. Amatrius Ostiarium ju-^{A.C. 418.}
bet Ecclesiam claudere, & turba Clerico-
rum, atque Nobilium cinctus, apprehen-
so Germano capillos rescindit, Religionis
habitu induit, abjectisque sæcularibus
ornamentis, Diaconum ordinat, prædi-
cit, suum in Sede Episcopali Successorem
fore. Paucos post dies S. Amatrius e vi-
vis abiit, die Mercurii prima Maji, quod
indicat annum 418. dum exequiæ cele-
brantur, aqua, qua corpus defuncti lava-
tum, aliquis paralyticus sanatus est. Unò
mense elapso, communi omnium consen-
su Germanus eligitur, hæc enim Clerico-
rum, Nobilium, civium, ruricularum una
voluntas fuit. Ita Episcopatum accipe-
re, quamvis admodum repugnaret, co-
actus. Cum Episcopatu novum hominem
induisse videbatur; omni Sæculi pompæ
renuntiavit, cum uxore vixit exinde tan-
quam frater cum sorore, paupertatem,
& vitæ austeritatem amplexus est. A pri-
ma ordinationis suæ die usque ad mor-
tem, id est, per annos triginta, nec pane
triticeo, nec vino, nec aceto, nec oleo,
nec leguminibus, nec sale usus est. Pa-
ne hordeaceo victitabat, quem suis ma-
nibus flagellaverat, & moluerat. Primum
comesturo epulum, cineres erant. Non
nisi ad vesperum cibum capiebat, non
nunquam cum media hebdomadæ pars
præ-

Hist. Eccles. Tom. V.

Zz

præ-

Sæculum V.
A.C. 418.

præteriiisset, multoties demum die septima. Vestes erant cucullus, & tunica; nihil in hyeme superaddebat, nihilque deponebat in æstate; has, nisi penitus laceras, non mutabat, atque sub eis semper cilicio cingebatur. Lectus ejus cineribus respersus, & cilicio stratus, sine cervicali, cum unica stragula asseribus claudebatur. Vestitus dormiebat, & sapissime nec cingulum solvebat, nec calceos. Semper Sacras Reliquias in capsula, loro alligata, apud se circumferrebat. (*) Hospitium, nemine excepto, præbebat; epulas advenientibus ipse jejunos ministrabat, pedes suis manibus lavabat.

Idem Monasterium e regione urbis Antissiodorensis in adversa Icaunæ ripa in honorem SS. Cosmæ, & Damiani construxit; id hodie nomen S. Mariani, unius ex primis Monasterii Abbatibus gerit. Illo S. Germanus sæpe secedebat. Primum ibi Abbatem constituit S. Allodium, seu Allogium, cui S. Mamertinus successit; is, cum antea Idolorum cultui fuisset addictissimus, prodigiosa apparitione S. Curcodomi, aliorumque Sanctorum, qui Ecclesiam Antissiodorensensem fundaverant, conversus est; reliquit post se libellum,

(*) Ecce antiquitatem fiduciæ Christianæ in SS. Reliquias!

S. Germanus.

in quo hujus rei historia referebatur. Sæculum V.
A. C. 418.
 Hunc S. Germanus baptizavit, eumque
 ab infirmitate unius oculi, uniusque ma-
 nus, qua laborabat, sanavit; multa quo-
 que alia patravit miracula. Plura Mar-
 tyrum Sepulchra invenit; inter alia de-
 texit magnam multitudinem corporum
 illorum Martyrum, qui in Persecutione
 Aureliani cum S. Prisco, Galli S. Bry di-
 cunt, in loco, quem Cociacum, alias Cou-
 cy, appellant, occisi fuerant; corpora eo-
 rum prima festinatione in cisternam con-
 jecta fuerant; his inde exemptis, S. Ger-
 manus in eorum honorem Ecclesiam, &
 Monasterium, quod Sanctorum in Puy-
 saye dicunt, ædificavit. Cœterum S. Ger-
 manus omnia sua Bona Ecclesiæ donavit;
 erant autem optimi, & vastissimi agri, om-
 nes contigui, situ amœno, & pinguiissimi.
 Septem prædia dedit Ecclesiæ Cathedra-
 li, nempe Apoignyacum, ubi Pater, & Ma-
 ter ejus in Ecclesia S. Joannis erant se-
 pulti; minus Varzyacum, in quo etiam
 Palatium stabat, majus Varzyacum, Tu-
 cyacum, Poellyacum, Marcynyacum, &
 Perigniacum. Tria alia dedit Monaste-
 rio S. Cosmæ, unum in quo vineas exco-
 lerent, & sibi potum pararent, alterum
 quod seminaretur, tertium, quo peco-
 rum greges alerentur, nempe Moncena-
 num, Fontenatum, & Merillesium. Rur-
 sus alia tria dedit Ecclesiæ, quam extru-

*Hist. Episc.
Antisiod.*

Sæculum V.
A.C. 418. xit, in honorem S. Mauritii, quæ hodie
S. Germani nomen, quia ibi Sepulchri
norem nactus est, gerit; hi tres agri sunt
Garcyensis in territorio Senonensi, Co-
covanus, & Molinensis in Antissiodore-
si. Itaque S. Germanus, ad extremam
paupertatem propria voluntate redactus,
Ecclesiam suam antea pauperrimam dila-
vit. Ex hoc exemplo, aliisque similibus
judicandum, magna multarum Ecclesia-
rum Bona ab Episcoporum suorum libe-
ralitate fuisse profecta.

§. XLVII.

Zos. ep. 10.
in fin. *Concilium Carthaginense anno 417.*

Episcopi Africae, accepta Zosimi Papa
epistola, quæ Celestio favebat, re-
scripsere, rogantes, ut res istas in eo, quo
essent, statu relinqueret, donec plenius
de his edoceretur. Hæc epistola Cartha-
gine ab Episcopis, qui tunc ibi erant, vel
quos propere Aurelius congregare potuit,
scripta est. At circa Mensem Novem-
brem anno 417. Concilium ducentorum,
& quatuordecim Episcoporum actum est;
ibi aliqua de fide decreta, quæ Roma, to-
tus orbis, & Imperatores amplexi sunt,
& ex quibus Concilium sequens octoco-
lebres articulos contra Pelagianos com-
posuit. Horum Decretorum initio alte-
ram ad Zosimum Papam epistolam præ-
posuere, in qua sic ad eum loquebantur;

Decre-